



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

37 De Abrogatione Feriatarum aliquot dierum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

36 Præterea, cum sacerdos, aut alioqui ecclesiastica persona,
casu occiditur, tū nedum occisor excommunicatur, sed & totū
oppidū, aut totus pagus, iniquissime interdicitur; quod intera-
dictum eosq; durat, tam diuq; interrupta pendent publica
Christianorum officia, quo usq; vel occisor, vel tota incolarū
eius loci cōmunitas fecerint homicidiū compensationem, ho-
micidiumq; expiarint, non cōsiderato eo, dederit ne occasio-
nem, vt se gesserit probe, vel nequiter versatus fuerit occisi-
sus sacerdos, vel alias ecclesiastici ordinis ascriptus, licet ius
canonica ipsa in quibusdam casib; modum negotio pre-
scribant, pregrauanturq;. Itaq; ex delicto vnius, centum alijs
nihil tale cōmeriti, nedum contra cōmunem æquitatem, sed
& contra omnia diuina & humana iura.

DE ABROGATIONE FERIATA-

rum aliquot dierum.

37 Insuper & feriarum festorumq; dierum tanta copia laico-
rum vulgus non mediocriter vrgetur. Nimirum, cum tot sint
religiōsi facti dies, vt vix ægre tēpus agricolis suppetat, quo
fructus agri, tot sudoribus e terra pellectos, aliquando aqua
pluia, immodicoue æstu, non raro etiam grandine, aliae
tempestate périlistantes, in horrea conferant, quos tamen
fructus, si non feriarum solennibus præpediti forēt, commo-
de, ac circa iacturam ex agro legere, domumq; ferre potuissent.
Adde, q; feriatis quoq; diebus; qui dubio pcul bono con-
silio, ac in dei opti. maxi. honorem, primum bene sunt ferias
ti: innumera perpetrantur delicta, peccataq; & scelera poti;
q; his omnipotens colatur, venereturue. Id quod res ipsa no-
torium facit, tantum abest, vt testibus hoc egeat. Eamq; ob-
causam Sa. Ro. Impe. Status laici consultius putant, ac reip;
Christianæ conducibilius, si effrenis feriarum (quæ animis
q; externo cultu Christianis, hoc est his, quib; a peccatis semper
feriandum est, rectius celebrantur) festorumq; dierum
minutus paulo cohæreatur in arctum, minuturq;